Morbio 29 (24)

Nicolaus Truno: Dei gra: Dux Venetiarum etc. Magnifico dno Francisco de Lodrono
dilectissimo nostro: Salutem et sincere dilectionis affectum. Jus amicitie nre postulat,
ut cum his presertim, quibus veteri affectione devincti sumus, que nobis accidunt libenter
comunicemus: Vacante itaque Ducatu venetiarum, per obitum bone memorie Illu. dni
Christophori Mauro predecessoris nostri, Libuit Sumo creatori nostro in cuius potestate
et imensa clementia cuncta sunt posita, ut ducatui venetiarum concurrentibus omnium
votis Succederemus: Quam quidem rem, ne curam gerende huius dignitatis et oneris
fugere videremur, Invocata gratia Sancti spiritus, magno omnium plausu acceptavimus.
fundantes spem nostram in presidio redemptoris nostri, qui non patietur nos tali ac
tanto ponderi succumbere: quod et nos subire placuit. Hec aut ex officio beniuo-
lentie nre Mag. Vre significanda Duximus: Tenentes quod exinde Ingentem animi
voluptatem accipiet: In cuius decus omni tempore paratissimi sumus.

Date in nostro ducali palatio die primo Decembris Indict. quinta. MCCCCLXXprimo.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1876548495-12/fragment/page=0001

Morbio 29 (24)

1 x bris 1471 No. 44.

8 1471 8. Dec

Magnifico domino Francisco de Lodrono
dilectissimo nostro.

147 IV. 7.

Morbio 29 (24)

29,24

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1876548495-12/fragment/page=0002